Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



ecce locus ubi posuerunt eum. Sed
ite dicite discipulis eius et petro
quia precedet vos in galilea. Ibi
eum videbitis sicut dixit vobis.
At ille exeuntes fugerunt de mo-
numento. Tenebat enim eos tre-
mor et pauor: et nemini quicquam
dixerunt. Timebat enim. Surgens
autem dominus mane prima sabbati ap
paruit primo marie magdalene
de qua eiecerat septem demonia. Il
la vadens nunciauit his: qui cum eo
fuerant lugentibus et flentibus.
et illi audientes quia viuit et visus
est ab ea: non crediderunt. Post
hec autem duobus ex his ambulan-
tibus ostensus est in alia effigie e-
untibus in villam: et illi euntes nu-
nciauerunt ceteris: nec illis credi
derunt. Nouissime autem recumben-
tibus illis undecim apparuit: et ex
probrauit incredulitate eorum et
duritiam cordis: quia his qui vide-
rant eum resurrexisse non credide-
runt. Et dixit eis. Euntes in mundum
uniuersum predicate euangelium omni
creature. Qui crediderit et bap-
tizatus fuerit saluus erit: qui
vero non crediderit condempnabitur. Sig
na autem eos qui crediderint hec
sequentur. In nomine meo demonia
eicient. linguis loquentur nouis
serpentes tollent. Et si mortiferum
quid biberint: non eis nocebit:
super egros manus imponent: et
bene habebunt. Et dominus quidem je
sus postquam locutus est eis assum
ptus est in celum. et sedet a dextris
dei. Illi autem profecti predicauerunt
ubique. domino cooperante et firmante
confirmante sequentibus signis:-
Explicit marcus. Incipit
prologus sancti lucam

Lucas syrus natione anthi
ocenus. arte medicus.
discipulus apostolorum poste-
a paulum secutus usque ad
confessionem eius seruauit dominum
primum: Nam neque uxorem unquam
habuit neque filios: septuaginta
et octo annos obiit in bithinia
plenus spiritu sancto cui cum iam septa
essent euangelia. id est matheum
quidem in iudea: iohannem asiam aut
in italia: sed instigante spiritu in
achaie partibus hoc scripsit euan
gelium: significans eadem que in principio
ante fuerant alia esse descripta. Cui
est ea quod ordo euangelice dispositionis
exposuit ea materie necessi-
tas laboris fuit: ut primum gen
tes fidelium omnium prophetarum ventu
ri in carne dei christi manifes-
tata humanitate ne iudaicis fa-
bulis attenti: in solo legis de pde
cio tenerent: vel ne hereticis fabul
et stultis solicitationibus seducti
cederent a veritate elaborauerit
De hinc ut in principio euangelii io
hannis naturitate ipsumpta: qui
euangelium scriberet. et in quo eler
tus scriberet indicauerit: testa
tus in se completa esse. que esset
ab aliis inchoata. Cui ideo post
baptismum filii dei a patre de ge
nerationis in celesto implete. re
petende a principio naturitate hu
mane psalmus premissa est: ut te
nentibus demonstraret in quo
apprehendens erat ut nathan filium
dauid introitu ingrediens in
dei gratiam admisso. indagra
tabilis dei predicans in hominibus
christum natum. perfecti opus hominis
tradere in se ut filium faciat: quod per
dauid prezvenientibus iter preparat